



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

71 Respice dicta patrum, ne promoveas alienum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

provincia, tam facile nemo praesumat, licet cum multis Episcopis, in quocunque loco sine eius, ut dictum est, precepto Episcopum ordinare. ¶ Si autem necessitas fuerit, tunc Episcopi, in quocunque loco sint, cum primatis precepto ordinare debent Episcopum.

C. VI. ¶ *Uniuscuique ecclesie proprius honor servetur.*

Item ex concilio Nicæno, c. 6.
MOS a antiquis perdurat & in Aegypto, vel Lybia, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem; quandoquidem & Episcopo Romano paritas mos est. ¶ Similiter autem & apud Antiochiam, ceterasque provincias honor suus unicuique servetur ecclesie.

¶ *Patris* ¶ *Græcè legitur, ἐκείνη δὲ τῆ ἐκείνη ἐπισκοπή ἐστὶν ἡ ἐκείνη ἐκείνη, id est, quoniam & Romæ Pontifici hoc usitatum est. Quibus verbis nulla paritas Romæ, & Alexandriæ Patriarchatus induitur, ut quidam male interpretati sunt. De qua re optimi Nicolaus primus in epistola ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit, Προπολιεραμύς, sic scripsit, Nicæna synodus noverrat Romanæ ecclesie omnia Domini sermone concessit. Denique si instituta Nicænae synodi diligenter inspiciantur, invenietur profectò, quia Romanæ ecclesie nullum eadem synodus contulit incrementum: sed potius ex ejus forma, quod Alexandrinae ecclesie tribueret, particulariter sumptis exemplum. Hactenus Nicolaus, Statutum legitur sui in Alexandrinae ecclesie observandum, quia sic fuerit in Romana.*

C. VII. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, cap. 7.
QVONIAM mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, ut Alexandria, id est, Hierosolymorum & Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitana civitati propria dignitate.

Qui vero à comprovincialibus suis cum metropolitani licentia fuerit ordinatus, infra constituta tempora ejus se representet assuetibus.

C. VIII. ¶ *Metropolitano se representent imper saltus Episcopi.*

Unde in Taracensis concilio, cap. 3. legitur.
Siquis in metropolitana civitate non fuerit Episcopus ordinatus, postquam suscepta benedictione per metropolitani licentiam honorem fuerit Episcopi adeptus: id optimum esse decernimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impleto duobus mensibus, de metropolitani sui representent assuetibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius, quid observare debeat, recognoscatur. Quod si forte hoc implete neglexerit, in synodo inter patres à fratribus corrigatur. Et si forte infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpediendus, hoc lites metropolitano indicare procurat.

3 pars. Hu autoritatis datur intelligi, quod Episcopi à comprovincialibus suis debeant ordinari. Sed queritur si in provincia plurimi Episcopi fuerint, & contingerit forte unum remanere Episcopum, quid fieri debeat. Hic, quia solus est, ordinare non potest Episcopum, comprovinciales enim non habet, cum quibus Episcopum consecrare solet. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardisensi concilio definitur, in quo, cap. 3. sic statutum legitur.

C. IX. ¶ *Si forte unus tantum in provincia remanserit Episcopus, ad consecrationem Episcopi de vicina provincia convocentur.*

Si forte in provincia unum tantum contigerit re-

a. Anst. l. 4. c. 46. Polyd. l. 2. tit. 21. b. perduret. l. 29. c. 6. 7. c. d. Hierosolyma. d. nonnulli fuerint. e. Dnr. lib. 1. c. 26. l. 100 p. 4. 17.

manere Episcopum, superflus Episcopus convocet Episcopos vicinæ provincie, & cum eis ordinem comprovinciales sibi Episcopos. Quod si facere neglexerit, populi conveniant Episcopos provincie vicinæ, & illi prius commoneant Episcopum, qui in eadem provincia commoratur & ostendant, quod populi petant sibi Episcopum rectorem, & doceant iustum esse, ut veniat i ipsi, & cum eis ordinet Episcopum. Quod si literis conventus tacuerit, & dissimulaverit, nihilque respenderit, tunc satisfaciendum est populis, ut conveniant ex vicina provincia Episcopi, & ordinent Episcopum.

¶ *Capitulum hoc, quomodo refertur à Gratiano, præcipit in priorie parte, neque cum latino, quod genuinum est in tomis conciliorum, nullatenus immo cum græco canone convenit: quia etiam apud Hierosolimam, & Iordanem variè legitur. Huius vero concilii canones à Latino latino, & à Græco græcè à principio scripti sunt à Nicolaus Papa Photio scribenti in epistola, quæ incipit, Immemorabilem sui verbi indicat. Quomodo autem non esse apud vos Sardicenses canones ut solus affluere poteris, quando non solum à latine, verum etiam non esse à græcè lingue hominibus statuti sunt, & promulgati: quod de re credibile non est, quod ibi diffinitum est, unicuiqueque ipsorum minime propriæ lingue tradidisse. Dionysius quoque exiguus in Epistola ad Stephanianum Episcopum, quæ ei statim græcorum canonum interpretati non oblitus, Sardicenses concilium à principio inter latinos latine editum fuisse sic scribit significat. Tunc sancti Chalcedonensis Concilii decreta subdentes, in his græcorum canonum finem esse deliramus, ne quid præterea notitia vestire credamur, vellet subtrahere. Statuta quoque Sardicenses concilii, atque Africani, quæ latine sunt edita, suis à se numeris certum esse distincta.*

¶ *¶ Ut veniat ipse* ¶ *Tam in concilio, quod est in codice venenianum, quam quod in collectione fideri, & apud Hierosolimam, & Iordanem legitur, ut & ipsi veniam, & cum ipso ordinent Episcopum. Græcus autem canon ita habet.*

¶ *¶ Si quis in provincia non fuerit Episcopus, & contigerit forte unum tantum remanere Episcopum, quid fieri debeat. Hic, quia solus est, ordinare non potest Episcopum, comprovinciales enim non habet, cum quibus Episcopum consecrare solet. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardisensi concilio definitur, in quo, cap. 3. sic statutum legitur.*
¶ *¶ Si quis in provincia non fuerit Episcopus, & contigerit forte unum tantum remanere Episcopum, quid fieri debeat. Hic, quia solus est, ordinare non potest Episcopum, comprovinciales enim non habet, cum quibus Episcopum consecrare solet. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardisensi concilio definitur, in quo, cap. 3. sic statutum legitur.*
¶ *¶ Si quis in provincia non fuerit Episcopus, & contigerit forte unum tantum remanere Episcopum, quid fieri debeat. Hic, quia solus est, ordinare non potest Episcopum, comprovinciales enim non habet, cum quibus Episcopum consecrare solet. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardisensi concilio definitur, in quo, cap. 3. sic statutum legitur.*

a. admitti. DISTIN.

voluerit alienum ministrum sine consensu Episcopi ipsius, & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius.

C. I. ¶ Hominem in concilio Latino legitur: ecclesiasticum ministrum sollicitare, & in suis parochiis clericum, &c. 7. cod. cap. primatus. (ubi huius canonis sententia videtur referri legitur, ut nemo alterius plebis hominem usurpet. Græci autem caput istud, quod in Latino decimum octavum est, non habent.)

C. II. ¶ De eodem. Item Innocentius ad Victricum Rothomagensis Episcopi, epist. 2. c. 7.

DE aliena ecclesia ordinare clericum nullus presumat, nisi eius Episcopus precibus exoratus concedere voluerit.

C. III. ¶ Qui sine Episcopi consensu ordinatur, irrita sit eius ordinatio. Item ex Niceno concilio, cap. 16. in fin.

SI quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet in sua ecclesia ordinare, cum non habeat consensum illius Episcopi, à quo recessit clericus, irrita sit huiusmodi ordinatio.

C. IV. ¶ Clericus unius ecclesie in alteram ordinatur. Item ex concilio Chalcedonensi, cap. 20.

CLERICUS in suis ecclesiis constituitur, sicut iam distinximus, non liceat in alterius civitatis ecclesiis ordinari: sed quietant in ea, in qua ab initio ministrare meruerunt: exceptis illis, qui proprias civitates perdidissent, & ex necessitate ad alias ecclesias migraverunt. Si vero quicumque Episcopus post definitionem istam ad alium Episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sancte synodo, & eum, qui suscepit, & eum, qui susceptus est, tamdiu excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus revertatur ad propriam ecclesiam.

C. V. ¶ Apostolica permissio unius ecclesie clericus in altera valeat ordinari.

Item Gregorius Fortunato Episcopo Neapolitano, lib. 5. epist. 11. seu cap. 11.

FRATERNITATEM & tuam à nobis petiisse recolimus, ut Gratianum ecclesie Benefactorem diaconum tuum concederemus ecclesie cardinalium. Et quoniam nec Episcopum cui obsecundare nec propriam habet ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere; petitionem tuam non prævidimus differendam. Idcirco scriptis tibi presentibus eum necessario duximus concedendum, habituro licentiam diaconum illum, nostra interveniente auctoritate, ecclesie tue, Deo propitio, constitutur cardinalium.

C. I. ¶ Cardinandum Antea legabatur, ordinandum. Emendatum est ex ipsa epistola. (Carthagine vero, seu Cardinalem constituitur, quod est sine huius capitis) ita videtur B. Gregorius accepisse, ut canoniam translationem significet. Nam cum tempore S. Gregorii canonice concilio Chalcedonensi accurate observaretur, ut nulli modo daretur alicui locus in ecclesia (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eum locum ordinaretur, cum aliquis iam sita in eodem gradu, quo in primo ordinatus erat, decesseret, in secunda diciturur incardinari: quod ex isto nunc indicato loco patet, quod ex hoc 1. 3. epist. 14. & alibi. Quod etiam in Episcopi B. Gregorius facit, lib. 2. indistinct. epist. 6. & epist. 21. (quod referunt 7. q. 1. c. pastoratus) & indistinct. epist. 11. & sequenti, quod habetur 7. q. 1. c. relatus. De hoc etiam Isidorus Diaconus lib. 3. cap. 1.

a. Titulus lib. 3. cap. 14. b. al. usurper. c. Burch. lib. 1. cap. 10. l. 1. p. 6. c. 21. d. Anf. l. 6. cap. 23. c. 7. cap. 10. l. 1. p. 6. c. 21. e. In Dist. 13. c. 20. Poly. lib. 1. tit. 7. Anf. lib. 7. cap. 10.

11. & 16. Gregorium vero Iohannes VIII. & factu ipso, & vocabulo in eadem ratione accepto, est imitatus, quod ex aliquot manuscriptis ipsius epistolæ constat.

C. VI. ¶ Sine literis Episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur. Item ex concilio Carthagenensi I. cap. 3.

PRIMATUS a Episcopo & Vegetilianus dixit. Suggesto sanctitati vestre, ut statutus non licet clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis Episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum obineat sine consecratione eius Episcopi, de cuius plebe est. Gratus Episcopus dixit. Hac observantia pacem custodit: Nam & memini in sanctissimo concilio Sardinensi statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet. Sed si forte erit necessarius, petat à collega suo, & per consensum sui Episcopi habeat.

C. VII. ¶ Sine literis commendatarius clericus extra suam ecclesiam non ministrat. Item ex concilio Chalcedonensi, c. 13.

EXTRANEO d clericis, & lectori extra civitatem suam sine commendatariis literis proprii Episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

C. VIII. ¶ De eodem. Item ex sermone S. Augustini ad populum.

HORTAMUR & Christianitatem vestram iuxta sanctorum canonum instituta, ut in ecclesiis à vobis fundatis aliunde veniens presbyter non suscipiatur, nisi à vestra fuerit ecclesie consecratus Episcopo, aut ab eo per commendatarias literas suscipiatur.

C. IX. ¶ Absque formata clericis peregrini non suscipiatur. Item ex concilio Antiocheno, cap. 7.

NULLUM absque formata, quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum clericorum suscipi oportet.

C. I. ¶ Formata] Græci est: *μνημονία*, *επιστολή* *διετυχημένη*, quod Divinus vocat, nullus peregrinorum sine pacificis id est, commendatariis suscipiatur epistolis. atq. ita Burch. & Ivo habent.

DISTINCTIO LXXII.

Dimissoria vero literas Episcopo nisi rogatus non tribuatur, sicut statutum est in synodo habita Roma.

C. I. ¶ Nisi eodem patente, nulli dimissoria litera præstentur. Unde Leo Papa ait.

EPISCOPUS sibi subiecto sibi sacerdoti vel alii clerico, nisi ab ipso postulatus, dimissorias non faciat, ne ovis quasi perditam, aut extraneam inveniat.

C. II. ¶ De eodem. Item ex concilio Carthagenensi III. cap. 31.

CLERICUM & alienum, nisi concedente eius Episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promovere in ecclesia, sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & officarii retinent.

C. III. ¶ In una ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur. Item ex concilio Milevitano, cap. 21.

PLACUIT & ut quicumque in una ecclesia vel semel eligatur, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. ¶ Eligitur] In concilio Milevitano est, vel semel legitur: nempe, in concilio Carthagenensi Græco, cap. 91. *αὐτὸν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ*, in Africano autem, capite 67. vel semel suscepto officio legitur.

a. al. privatus. b. Burch. l. 2. c. 43. l. 1. p. 6. c. 24. Anf. l. 6. c. 27. c. ordinar. 7. g. d. Burch. l. 2. c. 119. Anf. l. 7. c. 162. Poly. l. 4. tit. 3. e. Burch. l. 1. c. 30. l. 1. p. 6. c. 37. f. Anf. l. 6. c. 222. g. Burch. l. 2. c. 42. l. 1. p. 6. c. 24. h. al. retineant. i. al. teneantur. k. Conf. Africainum, 67.